HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 94v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dicta · dicentur sed addnm, Tu autem in sanctis habitas laus israel. Et ymnos autem in oratione dicere. Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum. Et in secundo psalmo legimus. Qui habitat in celis irridebit eos et dnus subsannabit eos. Xpe enim non inhabitat qui terrenis sunt. sed in his qui supra celestes sunt. qui enarrant gloriam dei dequibus dicitur. Et audiet illum de celo suo. Et iterum. celum celi domino. Inquem sensum et moyses famulus dei pari uoce consentit. Fiat dnm di tui celum et terra. Qd utique non more iudaico debemus accipere ut dus ullo claudat loco. et in celo tantum habitet. et qui ubique diffusus est. et a quo omnia continentur sed excelsa et celos de seipsis meruo intelligamus atque uirtutibus. Iste enim qui habitat in celo. de quo in euangelio septum est. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. filius hominis qui est in celo. Iste requiescit in sanctis. et habitat in humilibus et in his qui contriti spiritu dequibus dicitur. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non spnit. Ipse pusillanimis dat patientiam. ut in angustiis esse tuti spe future tribulationem sustineant. Ipse dat uitam utique his qui peccato mortui erant. dequo dicitur. Apud te est fons uitae. qui loquitur in euangelio. Ego sum uita ueritas et uia.

Non in sempiternum irascabor. neque usque adfinem irascar. quia spiritus a facie mea egredietur. et flatus ego faciam.

Lxx. Non in eternum ulciscar in uos. neque semper irascar uobis. Spiritus enim a me egredietur. et flatum omnem feci. Dnus qui inhabitat in excelsis. et humilia respicit. cui nomen est sanctum. et requiescit in sanctis qui sustentat afflictos. et uitam tribuit obpressis hec locutus est. Non semper irascar: nec in iugitum indignabor. quia adhoc pereuntio ut emendet. idco occido ut uiuificem. Misericordia enim creatura mea. et quos ipse condidi in eternum pereunt non patiar. Spiritus quoque meus qui ex me egreditur. siue qui iuxta hebraicum aquilam symmachum et theodotionem cuncta circumdat. hoc enim significat ΝΕΦΕΛΗ ΑΝΟΕΣΤΑΙ ΝΟΥΣΕΤΑ ΙΝΕΦΕΛΑΣΕΙ. uegetatio enim omnium et flatum siue pluralum flatus. hoc quippe nasamoth sonat ego feci dequo alibi septum est. Omnis flatus siue omne quod spirat laudet dnm. Dequo spiritu et flatu in principio geneseos septum est. Insufflauit dus flatum uitae. et factus est homo in animam uiuentem. Tale quid et iob loquitur. Spiritus dei qui est in naribus meis. et flatus omnipotis quod docet me. Cum egrediatur a me spiritus. et flatus atque inspiratione mea. cuncta uegetentur et uiuant nisi et iustum pereo sine eternum. qui meo flatu ac spiritu sustentatur. Quidam nostrorum hec aiunt esse spiritum. quo omnis mundus inspiratur et regitur. et cuncta habent noticiam dei. quem iuxta stoycos insignis poeta describens ait. Principio celum ac terras. campos